sancti Pauli apostoli proxime et immediate venturo solvere et
aliterque circa acta praesentia Castren. praemislien. reponere et
relinquere nec iterum ab officio effidere, aut quovis modo
arestare sub vadio similis summae quadraginta florenorum pecuniae
in deffectu solutionis summae eiusdem principalis pro die et tempore
suprascripto solutioni assignat, ad solvendum succumbens, in unumque
summam capitalem et essentiale debitum convertendum. Nihilominus
praefatus Joannes Kowieniczki se et suos successores super omnibus
bonis suis obligat praesentem inscriptionem ex his actis ad acta terre-
stria praemislien. ante decursum unius anni transferre transpor-
tare similemque vel meliorem recognitionem facere sub vadio
summae principalis quadraginta florenorum pecuniae. Pro qua quidem
summa simul iuncta sive vadio praefatus recognoscens cum suis
successoribus per eundem Nihowski vel eius posteros ad iudi-
cium seu officium praesens Castren. capitaneale praemislien. ci-
tatus extunc a iure foro suis proprius quibusvis recedendum coram
eodem iudicio seu officio cui se ad quod sequitur citabitur. Cactus
praesentis respectum cum successoribus bonisque suis omnibus subiicit
in primo citationis termino tanquam peremptorio stare parere
respondere ac pro praefata summa simul iuncta et vadio
a iudicio seu officio non recedendum satisfacere tenebitur et
eius posteri tenebuntur. Nullum terminum ordinem praemissorum
vera vel simplici infirmitatibus, actione pro maiori bellis
cotoquiis conventionibus generalibus vel particularibus, ex-
peditione bellica, servitio militari et reipublicae ac aliis
omnibus legalibus impedimentis non differendum nec prolon-
gandum atque se excipiendum, ad quietem dilationem sibi non rece-
piendum, appellationes cum motionibus earumque prosequutionis
a iudicio seu officio nullas faciendum, poena trium marcarum et
triplici poena non evadendum, immo se cum successoribus omnibus
iuris remediis evasionibus praescriptionibus, suspensionibus
ac aliis omnibus generaliter dilationibus abrenuntiandum. Et nihil sibi
penitus in auxilium contra inscriptionem praesentem assumendum, suae
suorumque successorum sub ammissione totius causae. Nulla prae-
scriptione terrestri in praemissis obstante.

Turzanskij reformat consorti

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus Ca-
stren. praemislien. nobilis Petrus Turzanski filius nobilis
Sienko Turzanski mente et corpore sanus exstans, a iure foro
suis proprius quibusvis recedendum, praesenti vero Castren. prae-
mislien. iurisdictioni se successores ac bona sua omnia quo ad ac-
tum praesentem attinet incorporandum et inviscerandum publice re-
cognovit. Quia nobili Martae filiae nobilis Andreae Tur-
zanski dicti Loy consorti suae ducentos florenorum pecuniae ratio-
ne dotis post eam receptae et alios ducentos florenorum pecuniae
monetae et numeri polonicalis ratione veri et iusti dotalitii
alias przewianku, in et super tota et integra medietate omnium
bonorum suorum haereditariorum et obligatoriorum mobilium et im-
mobilium summarumque pecuniarum inscriptum et non inscriptum
nunc et in post habitum, auri argenti clenodiorum pecorum
pecudum equiveae ac totius suppellectilis domesticae refor-

mat inscribit, indicat, et assecurat, ita quod ipsa Marta con-
sors sua in ipsa summa dotis et dotalitii simul iunctae vel qua-
dringentorum florenorum pecuniae bona praefata cum omni iure dominio
proprietate tenebit habebit et possidebit. Illisque utifruetur
modo et forma aliarum reformationum in regno Poloniae hactenus
dictius tentarum et observatarum. Nihilominus praefatus Pe-
trus Turzanski se et suos successores super omnibus bonis suis in
manus eiusdem Andreae Turzanski patris consortis suae et eius
successorum inscribit et obligat, praesentem inscriptionem ex his
actis ad acta terrestria praemislien. ante decursum unius anni trans-
ferre transportare similemque vel si opus fuerit meliorem reco-
gnitionem facere. Et circa transportationem inscriptionis praesentis
eandem Martam consortem suam ad eadem acta terrestria praemislien.
adducere et statuere. Quae statuta tenebitur de omnibus et sin-
gulis bonis suis paternis et maternis ipsam modo quocumque post
parentes ipsius concernentibus abrenuntiationem in manus eiusdem
patris sui vel eius successorum facere sub vadio ducentorum
florenorum pecuniae monetae polonicalis. Pro quo quidem vadio
seu vadiis praefatus recognoscens cum suis successoribus cita-
tus extunc a iure foro suis proprius quibusvis recedendum coram
Castren. capitaneali praemislien. officio in primo citationis
termino tanquam peremptorio stare parere respondere ac pro
praefato vadio seu vadiis, omnibus exceptionibus, controver-
siis praescriptionibus, suspensionibus, legalibus quibusvis im-
pedimentis, ad quietem dilationem non petendum motionibus
appellationibus earumque prosequutionibus, poena trium marcarum et tri-
plici poena, ac aliis omnibus generaliter dilationibus iurisque
remediis semotis et in partem reiectis satisfacere cum suis po-
steris totiens quotiens opus fuerit tenebitur. Nulla praescriptione
terrestri in praemissis obstante.

Naydakowskij donat fratri

Coram officio et actis praesentibus Castren. capitanealibus praemislien.
personaliter stans nobilis Martinus Naydakowski olim nobilis
Bartolomei Naydakowski filius, a iure foro suis proprius qui-
busvis recedendum, praesenti vero Castren. praemislien. iurisdictioni
se successores ac bona sua quo ad infrata tantum incorporandum, men-
te et corpore sanus exstans publice per expressumque recognovit.
Quia bona sua haereditaria vel totas et integras sortes in vil-
lis popielie et kotow et alia omnia ipsum modo quocumque post pa-
rentes ipsius concernentibus nullis exceptis et exclusis, cum omni iu-
re dominio proprietate ac cum omnibus et singulis attinentiis
pertinentiis fructibus proventibus redditibus utilitatibusque uni-
versis nihil excipiendum nobili Bernardo Naidakowski fratri suo
germano ipsius tantum personae et non successoribus, dedit donavit
inscripsit, praesentique dat donat inscribit, Bandum et admittendum
iam exnunc in bona praefata realem nitrum et actualem pacifi-
camque possessionem per minimum terrenum quemcumque. Tenebiturque prae-
fatus Martinus cum suis posteris, cum Bernardo fratrem suum
in bonis praefatis donatis ab omni quavis impetitione iuridica